Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26658
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dnꝰ oculos qui corrumpunt et erigit oculos clausos O culi
omnium in te sperant dne et tu das escam illorum in tempe
opportuno A pris tu manum tuam et imples omne animal
benedictione Iustus dnꝰ in omnibus viis suis et sanctus
in omnibus operibus suis P rope est dnꝰ omnibus invocantibus
eum omnibus invocantibus eum in veritate Voluntatem ti
mentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet et sal
vos faciet eos Custodit dnꝰ omnes diligentes se
et omnes peccatores disperdet Laudationem dni loquetur os
meum et benedicat omnis caro nomen sanctum eius in sempiternum et i
sempiternum sempiterni G loria Ant Regnum tuum dne regnum omnium
L aude alia Pe Saeculorum Ant Laudabo
in vita mea dnm laudabo dnm in vita mea
psallam deo meo quamdiu fuero N olite
confidere in principibus in filios hominum in quibus non
est salus Exibit spiritus eius et revertetur in terram
suam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum B eatus
cui deus iacob adiutor eius spes eius in dno deo ipsius qui fecit caelum et terram mare et omnia quae in eis
sunt Qui custodit veritatem in sempiternum facit iu
dicium iniuriam patientibus dat escam esurientibus
D nꝰ solvit compeditos dnꝰ illuminat caecos D o
minus erigit elisos dnꝰ diligit iustos D nꝰ
custodit advenas pupillum et viduam suscipiet
et vias peccatorum disperdet Regnabit dnꝰ in sempiternum deus
tuus sion in generationem et generationem Ant Laudabo
deum meum in vita mea Ant deo meo Pe
L audate dnm quoniam bonum est psallere